

SESSION 2025

VERSION LATINE

Sujet commun ENS Ulm, Lyon

Durée : 4h

TOURNEZ LA PAGE S.V.P

VERSION LATINE

Caligula s'en va-t-en guerre

Caligula décide subitement de mener une expédition en Germanie, lève des troupes et se met en marche précipitamment. Cette campagne est l'occasion de nouvelles manifestations de sa cruauté et de son orgueil, et constitue en vérité un simulacre de guerre.

Postquam castra attigit¹, ut se acrem ac seuerum ducem ostenderet, legatos, qui auxilia serius ex diuersis locis adduxerant, cum ignominia dimisit ; at in exercitu recensendo plerisque centurionum maturis iam et nonnullis ante paucissimos quam consummaturi essent dies² primos pilos ademit, causatus senium cuiusque et imbecillitatem ; ceterorum increpita cupiditate comoda emeritae militiae ad sex milium summam recidit. Nihil autem amplius quam Adminio³ Cynobellini Britannorum regis filio, qui pulsus a patre cum exigua manu transfugerat, in deditionem recepto, quasi uniuersa tradita insula, magnificas Romam litteras misit, monitis speculatoribus ut uehiculo ad forum usque et curiam pertenderent nec nisi in aede Martis ac frequente senatu consulibus traderent.

Mox deficiente belli materia paucos de custodia Germanos traici oculique trans Rhenum iussit ac sibi post prandium quam tumultuosissime adesse hostem nuntiari. Quo facto proripuit se cum amicis et parte equitum praetorianorum in proximam siluam, truncatisque arboribus et in modum tropaeorum adornatis ad lumina⁴ reuersus, eorum quidem qui secuti non essent timiditatem et ignauiam corripuit, comites autem et participes uictoriae nouo genere ac nomine coronarum donauit, quas distinctas solis ac lunae siderumque specie exploratorias⁵ appellauit.

SUETONE

¹ Le sujet sous-entendu d'*attigit*, mais aussi d'*ostenderet* et de *dimisit*, est Caligula.

² Comprendre l'expression *ante paucissimos quam consummaturi essent dies* comme équivalente de *paucissimis diebus ante quam consummaturi essent*.

³ *Adminius*, i, m. : Adminius, nom d'un prince breton, fils de Cynobellinus (*Cynobellinus*, i, m.).

⁴ Le retour se fait à la tombée de la nuit, « à la lumière des torches ».

⁵ Sous-entendre *coronas* et comprendre « couronnes 'exploratoires' » ; dans le vocabulaire militaire, l'*explorator* est l'éclaireur qui est envoyé en reconnaissance.